

ad manus habere, quo singula quæque fideliter inseri queant. 3. Copia tamen Magistratui Politico exhibenda. 4. Consuetudo vero loci recepta hic attendenda venit.

IN LOCO
DE CRUCE.
THEOREMATA.

1. **C**alamitates & Afflictiones, quibus homo in hac vita est obnoxius, variis insigniuntur nominibus: Veniunt enim vel (1.) nomine Crucis, allusione ad Crucem Christi, Luc. 24. v. 26. Matth. 10, 38. & 16, 24. Marc. 8, 34. Luc. 9, 13. & 14, 27. Act. 14, 21. Vel jugi Christi, Matth. 11, 28. & mortificationis Christi, 2. Cor. 4, 10. Dicuntur etiam θλίψεις afflictiones, seu pressuræ, quia corpus animamque velut conterunt, premunt, gravant, 1. Thes. 3, 4. Audit & crux λυπή dolor, & στενοχωρία s. angustia, 1. Petr. 1, 6. Roman. 8, 35. Matth. 26, 37. 38. παιδεία, Hebr. 12, 17. Cor. 11, 32. πειρασμός & δοκιμασία, Jac. 1, 12. 1. Petr. 1, 7. Rom. 8, 35. παθήματα hujus temporis, Rom. 8. v. 18. 2. Cor. 4, 17. Calix Domini, Ps. 75, 9. & 116. v. 13. Marc. 10, 38. seqq. Matth. 26, 39. Colos. 1, 24. Judicia Domini, 2. Chron. 10, 9. Ps. 76, 10, Psal. 119, 124. 149. 1. Cor. 11, 31. 32.

1. Est vero crux calamitas illa, qua homo, sive immediate à Deo, sive divino permisso à Diabolo, Mundo & maligna carne, exterius quidem variis pressuris, interius autem tristitia & cordis anxietate urgetur, sive ut justas peccatorum poenas luat, sive ut ejus cor exploretur, sive ut de vita in melius mutanda maturius cogitet, sive denique, ut Deus glorificetur.

3. Causa efficiens Crucis est Deus, Esa. 45, 7. Amos 3, 6. Tbren. 3, 37. 38.

Causæ ministeriales sunt Diabolus, Mundus & Caro. Job. 1. & 2. Luc. 22, 31. 1. Petr. 5, 8. Apoc. 12, 13. Eph. 6, 7. 16. 2. Cor. 12, 7. Job. 15, 19. Galat. 4, 19. Rom. 7, 23. Jac. 1, 14. 1. Petr. 2, 11.

5. Materia pariter & forma Crucis est tum exterior corporis afflictio, tum interior cordis & conscientiae anxietas, ut definitio dixit: & roboratur exterior, Rom. 8, 35. 2. Cor. 11, 23. interior, Psalm. 6. & 51. aliisque locis.

6. Fines Crucis potissimi sunt quatuor: primus est ob peccatum castigatio,